

Provisional editions of Ivo's letters 8, 16, 27, 36, 60, 99, 105, 188-9, 222, 255, 287

[Adapted from C.J. Rolker, 'Canon law and the letters of Ivo of Chartres', Cambridge PhD thesis 2006, Appendix B, pp. 297-338]

A few notes on the presentation of the text. The punctuation is largely my own. Orthographical variants, especially the spelling of proper names, have been standardised. Where the manuscripts have the classical and the medieval form for certain words, the classical form has been used. Diphthong and e caudata have been reduced to 'e'; where the manuscripts use 'c' and 't' interchangeably, I have used 't'; small 'v' has always been rendered as 'u' (except for Roman numbers), but capital 'U' always as 'V'. The *apparatus criticus* does not report all variants. In particular, minor corrections which seem to have been made by the main hand from the same exemplar are not reported. Corrections made by a different hand and those which are potentially meaningful to understand the manuscripts' place in the *stemma codicum* (which has not been attempted here), are reported.

The *apparatus fontium* gives the material source for all quotations identified as such and refers the reader to the relevant editions. Material taken from canon law collections is referred to by the number of the letter and a counter for the quotation within that letter. Appendix C contains a concordance for all these quotations, indicating parallels to the Ivonian collections, the *Prologus* and other works related to Ivo. A more detailed discussion of the formal sources can be found in Chapter Four.

B.1 Ivo, ep. 8

[**Bb**: fols. 5vb-6vb; **Cd**: fols. 10r-11r; **Ln**: fols. 67r-68v; **Pa**: fol. 7r-v; **Pe**: fols. 14v-16r; **Pt**: fols. 12v-15r; **Qd**: fols. 12v-15r; **Vm**: fols. 1v-2r]

¹Richerio Dei gratia Senonensi archiepiscopo, Ivo per eandem gratiam Petri manibus ecclesie Carnotensi consecratus et delegatus episcopus: a Romane ecclesie pace non discedere, et si quid aliter sapuit, *ualde uelociter resipiscere*.¹

Litteras contumeliosas et amaritudinis plenas sigillo uestro signatas et nomine
5 uestro titulatas a quibusdam clericis nuper accepi, in quibus primo depressionem
meam et falsas criminum obiectiones in me factas, postremo sedis apostolice maies-
tatem non leuiter lesam uehementer indolui. Cum enim ut pacem mecum² haberetis
et in filium susciperetis, apostolica auctoritate fuissetis commonitus, nec ut fratrem
me salutastis in litteris uestris³, nec ut coepiscopum, qui nullum uobis coepiscopi
10 adiutorium uel filii denegauit obsequium⁴. Cur igitur alienigenam ad iudicium uoca-
tis? Cur obedientie uinculis astringitis, quem nec suffraganeum nec collegam esse
cognoscitis?

Huic iniurie mee grauiorem superadditis, quod demembratorem metropolitane
sedis non apte satis appellatis. Nam cum *ramus aridus*, qui in radice arboris matris
15 *numquam coaluit*⁵ nec in se uirens fructum fecit, magni cultoris manu excisus esset,
eadem manus que ramum premortuum excidit, me non ad demembrationem, sed ad
supplendum locum inde⁶ mortui eidem arbori, quantum in se erat, inseruit, quia hoc⁷
et⁸ cum aliqua spe fructus et *sine uulnere matris arboris*⁹ posse fieri estimauit.ⁱⁱ Cui
ergo sine uestra contradictione licuit quod nocebat excidere, que ratio impedit, ut ei

¹ De contradictione Senonensis archiepiscopi *add. PtQd (rubr.)*

² pacem mecum] mecum pacem **LnVm**

³ illis **PaPePtQd**

⁴ auxilium **Cd**

⁵ ualuit **LnVm**

⁶ *om. Bb (rasura)*

⁷ hec **BbPtQd**

⁸ *om. LnVm*

⁹ matris arboris] arboris matris **Bb**

20 non¹⁰ liceat quod profuturum sperabat inserere? Dicitis etiam¹¹ in litteris illis me
sedem inuasisse Gaufridi coepiscopi¹² uestri, in quo manifeste contra sedem apostol-
icam caput erigitis, dum quod illa edificat, uos, quantum in uobis est, destruitis et
quod illa destruxit, uos edificare contenditis; cuius iudiciis et constitutionibus obui-
are, plane est heretice prauitatis notam incurrere, cum Scriptura dicat¹³:ⁱⁱⁱ “Hereticum
25 esse constat, qui Romane ecclesie non concordat.”

Preterea fame uestre non bene consulitis, qui *caprum emissarium*,^{iv} cuius adul-
teria, fornicationes, periuria, prodiones per omnem ferme Latinam ecclesiam¹⁴ pub-
licate sunt, qui pro his et aliis similibus a sede apostolica damnatus est, ita ut se
purgare non ualens uirgam pastorem redderet et anulum, de quo apostolicum ac-
30 cepistis decretum in hec uerba:^v “Quicumque Gaufridum depositum deinceps iuuerit
ad infestandum uel reinuadendum Carnotensem episcopatum, excommunicatum eum
esse¹⁵ censemus”, adhuc episcopum¹⁶ uocare, in episcopum reformare contenditis;
cuius malefacta defendere, quid est aliud nisi similem damnationis sententiam in se
prouocare? Cum enim secundum Apostolum satis sit ad damnationem *peccatis alien-*
35 *is* consentire,^{vi} cur non magis sufficiet eadem fouere et defendere? Neque enim in
hoc protegit uos¹⁷ clipeus ignorantie, cum hec, sicut dixi, nota sint non tantum eccle-
siis Lugdunensis Gallie, sed omnibus ferme ecclesiis Latine lingue.

Est et aliud in litteris illis, in quo eidentissime et irreuerentissime *os uestrum po-*
*suistis in celum et lingua uestra transiuit in terra*¹⁸,^{vii} cum benedictionem per manus
40 impositionem pape datam et cardinalium Romane ecclesie non simpliciter benedic-
tionem, sed qualemcumque hostili irrisione appellastis; cum ad ipsam principaliter et
generalissime pertineat tam metropolitanorum quam ceterorum episcoporum conse-
crationes confirmare uel infirmare, constitutiones uestras et iudicia retractare, suas

¹⁰ ei non] non ei *LnVm*
¹¹ enim *Pe*
¹² episcopi *LnVm*
¹³ Scriptura dicat] scripta dicant *LnVm*
¹⁴ linguam *add. Cd*
¹⁵ *om. Pa*
¹⁶ eum *add. Cd*
¹⁷ in hoc protegit uos] uos protegit in hoc *LnVm*
¹⁸ in terra *om. BbCdPaPePtQd*

uero inconcussas detinere et *nullius inferioris iudicio retractandas uel corrigendas*
 45 *concedere.*^{viii} Sic enim de non infirmandis apostolice sedis iudiciis scribit papa Gela-
 sius in epistola Fausto magistro directa de iusta depositione Achatii:^{ix} “Nobis op-
 ponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc¹⁹ ipso²⁰ uenire se
 produnt, quod prime sedi sana rectaque suadenti parere diffugiunt. Ipsi sunt canones,
 qui appellationem²¹ totius ecclesie ad huius sedis examen uoluere deferri²², ab ipsa
 50 uero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc²³ illam de tota ecclesia
 iudicare, ipsam ad nullius commeare²⁴ iudicium, nec de eius umquam preceperunt
 iudicio iudicari, sententiamque²⁵ illius constituerunt²⁶ oportere dissolui, cuius potius
 sequenda decreta mandauerunt.” Et paulo post:^x “Qua traditione maiorum apostoli-
 cam sedem in iudicium uocant?” Et item:^{xi} “Viderint ergo si alios habent canones,
 55 quibus suas ineptias exsequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legiti-
 mi celebrantur, sedem apostolicam ad iudicium uocare non possunt.” Item Gregorius
 in epistola de Aldrico Cenomannensi episcopo ad Gallias directa:^{xii} “Nullus Al-
 dricum ante hec²⁷ iudicet aut iudicare²⁸ presumat. Sed si quid, quod absit, graue in-
 tolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit exspectanda²⁹ censura, ut nihil prius de
 60 eo³⁰, qui ad sinum sancte Romane confugit ecclesie eiusque³¹ implorat auxilium,
 decernatur, quam ab eius ecclesie fuerit preceptum auctoritate, que uices suas ita aliis
 impertiuit³² ecclesiis, ut *sint in partem uocate sollicitudinis, non in plenitudinem*
potestatis.^{xiii} Proinde dilectio uestra, quorum deuotione gaudemus, iungat curam

19 hinc **PaPe**
 20 ipsi **BbCdPaPe**
 21 appellatione **PaPePt**
 22 deferre **LnVm**
 23 hec **Pt**
 24 commeari **BbCd**
 25 sententiaque **Pe**
 26 non *add.* **BbCd**
 27 hoc **LnVm**
 28 aut iudicare] abiudicare **PtQd**
 29 erit exspectanda] exspectanda erit **LnVm**
 30 prius de eo] de eo prius **Cd**
 31 eius **Pt**
 32 impertiit **Bb**

suam dispositionibus nostris³³.” Et post plura.^{xiv} “Nec pigeat forte aut pudeat nostris
 65 obedire mandatis aut apostolice sedis obsecundare preceptis, quia *humilibus datur
 gratia, non suberbis*.^{xv} Nam nulli fas est uelle uel posse transgredi apostolice sedis
 precepta nec nostre dispositionis ministerium, quod uestram sequi oporteat³⁴ cari-
 tatem. Sit³⁵ ergo ruine sue dolore prostratus, quisque³⁶ apostolicis³⁷ uoluerit contraire
 decretis³⁸ nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat min-
 70 isterio, nec de eius iudicio postea curam quisque habeat, quoniam iam damnatus a
 sancta et apostolica ecclesia ac auctoritate³⁹, pro sua inobedientia atque presumptione
 a quoquam esse non dubitatur⁴⁰.” Inobedientem me quoque littere uestre non recte
 accusant⁴¹ quia, cum obediturum me paternitati uestre littere domni pape com-
 mendauerint⁴², nulla a me paterna uestra admonitio refutata est, quia nec audita.
 75 Quod aliunde me⁴³ expetisse benedictionem calumniamini, ueritate teste uerum
 dicam, quia nec episcopatum nec benedictionem episcopalem a uobis petii⁴⁴, nec a
 quoquam⁴⁵. Sed cum clericorum primo ingenio, postea uiolentia regi fuissem
 presentatus et inde, cum uirga pastorali a rege mihi intrusa, ad ecclesiam Carnoten-
 sem adductus, cumque clericis petentibus et⁴⁶ pulsantibus nullum diem⁴⁷ consecra-
 80 tionis mee uelletis prefigere⁴⁸, interea consilium mihi fuit electioni eorum non om-
 nimode⁴⁹ assensum prebere, donec certus fierem et de Gaufridi depositione et summi
 pontificis uoluntate; ad quem cum peruenissem, ad petitionem ecclesie Carnotensis

33 suis *Vm*
 34 oportet *Bb*
 35 si *LnVm*
 36 quisquis *Bb*, quicumque *Pa*
 37 *om. Cd*
 38 preceptis *LnVm*
 39 a sancta et apostolica ecclesia ac auctoritate] a sancte et apostolice ecclesie auctoritate *LnVm*
 40 dubitabitur *corr. ex* dubitatur *Pe*
 41 non recte accusant] accusant non recte *BbCdQd*
 42 commendauerunt *Cd*, commendauerit *Ln*
 43 *om. Cd*
 44 expetii *LnVm*
 45 a quoquam] ab aliquo *Pe*
 46 *om. LnVm*
 47 nullum diem] diem nullum *Pa*
 48 prefigere *Qd*
 49 omnino *Cd*

apostolica auctoritate sum constrictus et ita in episcopum consecratus. His et huius-
modi tam rationibus quam auctoritatibus munitus, licet irritatus magis quam canonicè
85 uocatus, licet tam in me quam in capite meo et uestro, si tamen uestro, iniuriam pas-
sus, tamen paratus⁵⁰ ero tempore opportuno et loco tuto intra Senonensem prouinci-
am uel etiam Stampis, si conductum tutum comitem uidelicet Stephanum ex parte
domini nostri regis et uestra propter circumstantes inimicos habuero, paratus, in-
quam, ero uobis occurrere et, quantum salua reuerentia sedis apostolice licuerit, obi-
90 ectionibus uestris respondere, ad cuius audientiam aliquando forsitan oportebit⁵¹ ista
referre.

*Pax Dei, que exsuperat omnem sensum, custodiat cor uestrum et intelligentiam
uestram,*^{xvi} ut obedientia uestra prelati uestris exhibita, nos uobis obedientes ex-
hibeat et deuote subiectos.

-
- i Ps. vi, 11.
ii Cf. Augustine, *Ep. CLXXXV*, c. 44 (CSEL 57, 38).
iii Ep. 8.01: Ps.-Ambrose, cf. Gregory VII, JL 5167 (MGH. Epp. sel. 2, 504-5).
iv Cf. Lev. xvi, 10.
v Urban II, JL 5438 (PL 151, 326).
vi Cf. Tim. v, 33.
vii Ps. lxxii, 9.
viii Cf. Nicholas I, JE 2872 (MGH. Epp. 6, 330) and JE 2879 (ibid., 606).
ix Ep. 8.02: Gelasius I, JK 622 (ed. Hinschius, 638).
x Ep. 8.03: *ibid.*
xi Ep. 8.04: *ibid.*
xii Ep. 8.05: Gregory IV, JE †2579 (MGH. Epp. 5, 73-4).
xiii Cf. Leo I, JK 411 (PL 54, 671).
xiv Ep. 8.06: Gregory IV, JE †2579 (MGH. Epp. 5, 77).
xv Cf. 1 Pet. v, 5.
xvi Phil. iv, 7.

⁵⁰ *om. LnVm*

⁵¹ *nos add. PtQd*

B.2 Ivo, ep. 16

[**Bb**: fols. 6vb-7rb; **Cd**: fol. 11r-v; **Ln**: fols. 70v-71r; **Pa**: fols. 9v-10r; **Pe**: fol. 22r-v; **Pt**: fols. 20r-21r; **Qd**: fols. 21r-22r; **Vm**: fols. 3v-4r]

¹Iuo Dei gratia humilis Carnotensium² episcopus, Walterio Meldensium episcopo: *uiriliter stare in agone christiano*.¹

Litteris uestris per portitorem presentium nuper ad me directis humilitatem meam consuluit uestra fraternitas³, utrum quis habere possit eam mulierem in coniugem, quam prius habuit⁴ pellicem. Quod idcirco uobis uidetur illicitum⁵, quia hactenus apud uos⁶ fuit insolitum. Nunc uero dicitis hoc ipsum idcirco uenisse in dubium, quod⁷ Rogerius, Romane ecclesie legatus, Rome hanc consuetudinem Siluanectis asseruit et hoc posse fieri beati Augustini sententia confirmauit. De qua re hoc⁸ uobis respondemus, quia super hoc diuersas habemus sententias, alias prohibentes, alias remittentes. Dicit enim beatus Gregorius in epistola ad Felicem Sicilie episcopum:ⁱⁱ “Eam quam aliquis aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium⁹ ducere nulli Christianorum licet uel licebit.” Legitur quoque in concilio Cabilonensi capitulo .XXIII., quia iuxta canonicam auctoritatem raptores ad coniugia legitima raptas sibi iure uindicare¹⁰ non possunt.ⁱⁱⁱ Habemus et in decreto Hormise pape nuptias occulte factas non esse legitimas,^{iv} et papa Euaristus contubernia, non coniugia, dicit¹¹ esse illarum mulierum, que non sunt a parentibus tradite et legibus dotate et a sacerdoti-

¹ Vtrum habere possit aliquis coniugem quam habuit pellicem *add. PtQd (rubr.)*

² Carnotensis **Bb**; Carnot' **Qd**

³ uestra fraternitas] fraternitas uestra **Vm**

⁴ in *add. LnVm*

⁵ uidetur illicitum] illicitum uidetur **Qd**

⁶ hactenus apud uos] hactenus apud nos **Vm**, apud uos hactenus **Qd**

⁷ quia **LnVm**

⁸ hec **BbCdPtQd**

⁹ coniugem *corr. ex coniugi<um> et uel -ium suprascr. Pe*

¹⁰ uendicare **BbCdPeQd**, *sed* uel uin- *suprascr. Pe*

¹¹ *om. LnVm*

bus solemniter benedictae.^v Habetur et in concilio Aquisgrani habito:^{vi} “Qui mulierem rapuerit uel furatus fuerit aut seduxerit, numquam eam uxorem habeat.” Et in hunc modum plurima reperiri possunt. E diuerso uero legimus in decretis Eusebii pape, capitulo quinto:^{vii} “Virgines, que uirginitatem non custodierint, si eosdem, qui eas uiolauerint maritos acceperint¹², eo quod solas nuptias uiolauerint¹³, post penitentiam unius anni reconcilientur.” Dicit quoque beatus Augustinus in libro *De bono*¹⁴ *coniugali*:^{viii} “Posse sane fieri legitimas nuptias ex male coniunctis, honesto postea placito consequente, manifestum est.”

25 Quantum ergo mihi uidetur, quod quidam patres concubinas uxores fieri¹⁵ uetuerunt, honestatem coniugii commendantes et fedam concubinatus consuetudinem coercere cupientes, rigorem iustitiae teneri decreuerunt. Quod uero alii¹⁶ aliter scripserunt, hoc intelligo, quia intuitu misericordiae quorundam imbecillitati occurrentes, rigorem canonum temperare maluerunt. In quibus sententiis non alia mihi
30 uidetur esse distantia, nisi ea, quam inter se habent *iudicium et misericordia*,^{ix} que, quotiens in unum negotium conueniunt, in discretione rectorum ita consistunt, ut habita consideratione¹⁷ salutis animarum pro qualitate personarum, pro opportunitate locorum et¹⁸ temporum, nunc seueritas canonum possit exerceri, nunc indulgentia, quibus oportebit, impendi.¹⁹ De his hactenus.

35 De eo quod monetis, ut pro pace uobis impetranda dominum regem suo tempore conueniam, secundum Comici sententiam uobis respondeo:^x “Quia opus est huic patrono, quem defensorem paras.” Hoc uero uobis consulo, ut coniugium eius, quod ante factum ratione resistente non laudastis, post factum nec dicto nec facto inconsulte approbetis, sed commune consilium et iudicium comprouincialium²⁰ episco-

¹² maritos acceperint] habere uoluerint **LnVm**

¹³ si eosdem qui – nuptias uiolauerint *om.*, *sed add. alia manu in marginem Pe*; eo quod solas nuptias uiolauerint *om.* **LnVm**

¹⁴ de bono *om.* **PaPe**

¹⁵ uxores fieri] fieri uxores **LnVm**

¹⁶ *om.* **Vm**

¹⁷ saluatione **LnVm**

¹⁸ uel **LnVm**

¹⁹ Valete *add.*, *cetera desunt BbCd*

²⁰ et consilium comprouincialium *om.* *sed add. alia manu in marginem Pe*

40 porum et ceterorum studiose expetatis et longanimiter expectetis²¹, et si quid aduersi pro amore iustitie uobis acciderit, equanimiter supportetis, hoc attendendo, *quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis.*^{xi} Valete²².

-
- i Cf. 1 Cor. xvi, 13.
ii Ep. 16.01: Ps.-Gregory I, JE †1334 (ed. Hinschius, 751).
iii Ep. 16.02: Chalcedon (a. 451), c. 27 (*ACO* 2/ii, pt. 2, 60).
iv Ep. 16.03: *Ben. Lev.* iii, c. 179 (Mansi 17B, 1062).
v Ep. 16.04: Cf. Evarist, JK †20 (ed. Hinschius, 87).
vi Ep. 16.05: *Ben. Lev.* iii, c. 395 (Mansi 17B, 1111); cf. Burchard, *Liber decretorum* ix, c. 33.
vii Ep. 16.06: Ilíberis / ‘Elvira’ (a. 295x314), c. 14 (ed. Díez/Rodríguez, iv, 246-7); cf. *Decretum* viii, cc. 151-2 for misattribution.
viii Ep. 16.07: Augustine, *De bono coniugali* xiv, c. 17 (CSEL 41, 209).
ix Cf. Ps. xxiv, 10; Ps. c, 1.
x Terence, *Eunuchus*, v. 770 (ed. Barbsy, 64).
xi Rom. viii, 18.

²¹ expetatis et longanimiter expectetis] expetatis *Ln*, ac longaminiter expectetis *Vm*
²² Val’ *PaPePtQdVm*

B.3 Ivo, ep. 27

[*Cd*: fols. 11v-12r; *Ln*: fols. 71r-72r; *Pa*: fols. 12v-13r; *Pe*: fols. 29v-31r; *Pt*: fols. 28r-29r; *Qd*: fols. 30v-32r; *Vm*: fol. 4r-v; *deest Bb*]

¹Iuo Dei gratia humilis Carnotensium episcopus, Eudoni Normannie dapifero: a *zelo bono* non tepescere.¹

Quesiuit a me dilectio tua, utrum contra eum, qui ante ordinationem suam de simoniaca heresi et quibusdam criminibus apud metropolitanum et comprouinciales
5 episcopos a te et aliis honestis pulsatus, diem statute examinationis anticipando subterfugit et uiolentia principis² consecrationem adeptus sedi episcopali est intrusus, agere debeatis sicut³ episcopum uel sicut tantummodo clericum. Ego plane hoc ad inquisita respondeo, quia licet apud quorumdam⁴ imperitiam existimetur episcopus, illis tamen non est in quorum conscientiiis inuasor est et hereticus. Vnde sic dicit Leo
10 papa⁵ in epistola Rustico Narbonensi episcopo⁶ directa.ⁱⁱ “Nulla ratio sinit ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi⁷, nec a plebibus expetiti.” Et post pauca.ⁱⁱⁱ “Quis ambigat non esse eis⁸ tribuendum, quod non docetur fuisse collatum?” Quibus uerbis ostenditur, quia inuasoribus episcopalis honor nullatenus est tribuendus⁹. Non esse etiam clericatu dignos probat idem Leo in epistola episcopis Gallie et
15 Germanie directa, sic dicens.^{iv} “Sic decet fidem sanctorum patrum seruari in ecclesia catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit.” Quos non esse sacerdotes, beatus Gregorius ita confirmat¹⁰ in epistola

¹ De episcopo qui ante consecrationem accusatus per uiolentiam principis est ordinatus *add. PtQd (rubr.)*; Quod non habeantur episcopi qui a clero et populo non eligantur *add. Vm*

² principitis *Vm*

³ *corr. ex ut Cd*

⁴ stulticiam uel *add. LnVm*

⁵ sic dicit Leo papa] sic Leo papa dicit *Qd*, dicit Leo papa *Cd*

⁶ Narbonensi episcopo] episcopo Narbonensi *Cd*

⁷ sunt electi] electi sunt *Cd*

⁸ *om. Vm*, eis] ei *Ln*

⁹ est tribuendum] tribuendum est *Qd*

¹⁰ ita confirmat] confirmat ita *CdPtQd*

Siagrio et coepiscopis eius missa:^v “Quicumque sacerdotium studet¹¹ pretii datione
mercari, non officium, sed nomen attendit; non¹² esse, sed dici tantum¹³ sacerdos
20 concupiscit.” Idem in epistola ad Cyriacum episcopum Constantinopolitanum:^{vi}
“Sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus; et,
sicut scriptum est: *Nec quisquam sibi sumit¹⁴ honorem, sed qui uocatur a Deo
tamquam Aaron.*^{vii}“ Et alibi:^{viii} “Sicut qui inuitatus renuit, quesitus refugit, sacris est
altaribus admouendus, sic qui ultro¹⁵ aut importune se ingerit procul dubio est repel-
25 lendus.” Hinc dicit papa Paschasius:^{ix} “Quomodo tales episcopos, uel abbates, uel
clericos¹⁶ deuitamus, cum quibus si uel simul¹⁷ oramus, excommunicationem¹⁸ subi-
mus¹⁹? Quos quidem sacerdotes esse, saltem credere, omnino errare est.” De quorum
repulsione etiam in canonibus Parisii promulgatis ita habetur:^x “Si per ordinationem
regiam honoris istius culmen aliquis peruadere nimia temeritate presumpserit, a
30 comprouincalibus episcopis nullatenus recipi mereatur, quem indebite ordinatum
cognoscunt.” Inde ait beatus Ambrosius in *Libro Pastoralis*:^{xi} “Oculis carnalibus uide-
tur episcopus quasi magnus²⁰, sed diuinis obtutibus est leprosus, qui per pecuniam
acquiuit indebitum ordinem²¹.” Hinc et²² beatus martyr Cyprianus:^{xii} “Plebs obse-
quens dominicis²³ preceptis et Deum metuens²⁴ a peccatore sacerdote separare se
35 debet²⁵, cum habeat potestatem dignos eligendi et recusandi indignos, quia in Lege
ostendit Dominus²⁶ ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis consci-

11 *om. Vm*
12 *nec Ln*
13 *tantummodo LnVm*
14 *sibi sumit] sumit sibi Cd*
15 *ultroque Qd*
16 *non add. LnVm*
17 *simus PaPe; uel inseruit Pe*
18 *excommunicatione Pt*
19 *corr. ex subicimus Pe*
20 *episcopus quasi magnus] quasi magnus episcopus PaPe*
21 *debitum corr. ex honorem Cd*
22 *om. LnVm*
23 *Domini Vm*
24 *timens Cd*
25 *separare se debet] se debet separare LnVm*
26 *ostendit Dominus] Dominus ostendit Pa*

entia fieri oportere, ut plebe presente uel malorum crimina detegantur uel bonorum merita predicentur.”

Si igitur rationes uestre constant, constat non esse agendum contra eum ut
40 episcopum, quem predictae auctoritates episcopum esse non sinunt²⁷. Nam sicut dicit
papa Bonifacius^{28,xiii} “Manifestum est²⁹ confiteri de crimine qui indulto et delegato
iudicio purgandi se occasione non utitur.” Preterea³⁰ secundum consuetudinem Romane
ecclesie aliter agitur contra simoniacam et neophytorum heresim quam aduersus
cetera crimina. Nam cum in aliis accusationibus accusatorum et testium innocentia
45 queratur, ad insimulationem talium etiam infames persone admittuntur³¹.

Possem quidem latius³² ista dixisse³³ et multa similia ad huius sententiae confirma-
tionem de authenticis scripturis collegisse, sed propter uitandam prolixitatem epistole
nunc ista sufficiant.³⁴ De cetero suadeo dilectioni tue, ut in causa ista non facile te
committas illorum iudicio, qui in huius inuasoris depositione suum attendunt immi-
50 nere periculum. Sicut enim dicit beatus Leo^{35,xiv} “Qui episcopi talem consecrauerint
sacerdotem, qualem esse non liceat, etiam si aliquomodo damnum proprii honoris
euaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec illi sacramento
intererunt, quod neglecto diuino iudicio immerito prestiterunt.” Si ergo secus quam
iustitia se habet tibi iudicatum fuerit, iudices ipsos ad apostolicam inuita audientiam,
55 sine qua huiusmodi negotia commode finiri non possunt. Ego autem domino pape lit-
teris meis commendabo causam uestram, si legati uestri per me transierint.

De ipso uero papa de quo quesisti³⁶, hoc tibi dico quia mense Nouembri cum eo
Romam pacifice intraui, mense Ianuario ibi eum dimisi. Ibi adhuc moratur et
aduersariis Romane ecclesie, quantum Deo donante preualet, obluatur.³⁷

²⁷ episcopum esse non sinunt] non sinunt esse episcopum *LnVm*

²⁸ dicit papa Bonifacius] papa Bonifacius dicit *Cd*

²⁹ *om. Vm*

³⁰ Propterea *Vm*

³¹ accipiuntur *LnVm*

³² *om. Vm*

³³ duxisse *LnVm*

³⁴ Vale *add., cetera desunt Cd*

³⁵ dicit beatus Leo] beatus Leo papa ait *LnVm*

³⁶ quesiuistis *Ln*

³⁷ Valete *add. Ln*, Val' *add. Vm*

-
- i Cf. *Regula Benedicti*, c. 72, 1-2 (CSEL 75, 162).
ii Ep. 27.01: Leo I, JK 544 (PL 54, 1203).
iii Ep. 27.02: *ibid.*
iv Ep. 27.03: Ps.-Silverius, JK †899 (ed. Hinschius, 629). See Chapter Four for discussion.
v Ep. 27.04: Gregory I, JE 1747 (MGH. Epp. 2, 206).
vi Ep. 27.05: Gregory I, JE 1451 (MGH. Epp. 1, 445).
vii Hebr. v, 4.
viii Ep. 27.06: Gregory I, JE 1747 (MGH. Epp. 2, 206).
ix Ep. 27.07: Ps.-Paschal, JL †6613 (MGH. Libelli de lite 2, 6-7).
x Ep. 27.08: Paris (a. 556x573), c. 8 (CCSL 148A, 280-9).
xi Ep. 27.09: Ps.-Ambrose, *De dignitate sacerdotalis*, c. 5 (PL 17, 576-7).
xii Ep. 27.10: Cyprian, *Ep. LXVII* (ed. Bayard, ii, 229).
xiii Ep. 27.11: Boniface, JK 349 (ed. Hinschius, 555).
xiv Ep. 27.12: Leo I, JK 410 (PL 54, 654).

B.4 Ivo, ep. 36

[**Bb**: fols. 7va-8ra; **Cd**: 12v-13v; **Ln**: fols. 72v-73r; **Pa**: fol. 15r-v; **Pe**: fols. 36v-37v; **Pt**: fols. 34v-35v; **Qd**: fols. 38v-39v; **Vm**: fol. 5r-v]

¹Reuerendo confratri² Petro Pictauesi episcopo, Iuo humilis ecclesie Carnotensis minister: sic bona plantare, ut non studeat bona conuellere³.

Si fraternitatem uestram in ius uocare possemus, quantum⁴ saluo caritatis uinculo fieri posset, iure a uobis multas expostularem iniurias, partim communes, partim
5 proprias. Proprias, quia clericum in diocesi nostra *Deo militantem*⁵ et pro pulchritudine et dulcedine uite contemplatiue *fonti uite*^{5,ii} totis desiderii⁶ inhiantem ad publicum prodire, quietem suam interrumpere, nostra admonitione, nostra auctoritate compulstis. Quem cum uobis ad regimen⁷ cuiusdam regularis ecclesie diocesis ue-
tre⁸ uestris epistolis crebro compulsi concessissemus⁹ et canonice electum ab ipsa
10 ecclesia transmisissemus¹⁰, non satis aptam a uobis passus est repulsam, qui prepos-
tero ordine tunc de eius prelatione disceptare cepistis, quando iam facta a fratribus et collaudata a uobis eius electione, in prioratus sui sede eum sublimare debuistis¹¹. In
quo et illi fratri non modicam intulistis uerecundiam et amico uestro non minimam fecistis iniuriam. Non enim erat tanta precum instantia ab amico postulandus, qui ad
15 iniuriam doni et donantis tam facile mutata sententia fuerat refutandus.

Nec satis tuentur fraternitatem uestram littere domni pape, quibus dictandis a latere¹² interfuimus, que confirmant abbati sancti¹³ Cypriani ius illud predicte ecclesie,

¹ De dignitate clericorum *add. PtQd (rubr.)*; De con<tro>uersia monachorum et clericorum *add. Vm*

² fratri *Vm*

³ euellere *LnVm*

⁴ quanto *Pe*

⁵ *om. BbCd*

⁶ uite totis desiderii *om. Cd*

⁷ regimine *Cd*

⁸ nostre *Cd*

⁹ concessissemus *corr. ex concessimus, et suprascr. uel -sissemus Pe*

¹⁰ transmisissemus *Pa*

¹¹ uestris epistolis crebro – debuisti *om. Cd (spatium)*

¹² alatri *BbCdPePtQd*, alacri *LnVm*

quod se habere dicebat ex legitima concessione quorundam monachorum, qui, ut
audiuimus, quietam possessionem clericorum approbant, monachorum¹⁴ uero sancti
20 Cypriani intrusionem prorsus improbant. Ad hoc enim predictus abbas modis omni-
bus nitebatur, ut predictae ecclesiae prioratus ei a domino papa concederetur. Quod
dominus papa nobis¹⁵ reclamantibus et libertatem clericorum pro posse nostro de-
fendentibus facere noluit, precauens, sicut ipse dicebat, ne sub hac occasione predic-
tus abbas clericos moliretur excludere et monachos suos intrudere.

25 Clericorum uero ordini publicam infertis iniuriam, qui monachorum ordinem ad
tam ruinosam superbiam erigitis, ut clericos eis¹⁶ subiugare studeatis, quorum tanta
debet esse excellentia, ut secundum beatum Augustinum *uix etiam bonus monachus
bonum clericum faciat*.ⁱⁱⁱ Sed quia clericus ista dixit¹⁷ de clericis, audiamus mona-
chum dicentem de monachis. Dicit enim Hieronymus:^{iv} “Monachus non docentis, sed
30 dolentis habet officium.” Et alibi:^v “Clerici oues pascunt, ego pascor.” Et alibi:^{vi} “Si
cupis esse quod¹⁸ diceris monachus, id est solus, quid facis in urbibus, que utique non
sunt solorum habitacula¹⁹, sed multorum? Habet unumquodque propositum principes
suos; et, ut ad nostra ueniamus, episcopi et presbyteri habeant ad exemplum Apos-
tolos et²⁰ apostolicos uiros, quorum honorem possidentes habere nitantur et meritum.

35 Nos autem habeamus propositi nostri principes Paulos²¹, Antonios²², Iulianos, Hilar-
ios²³, Macarios.” Et alibi:^{vii} “Mihi oppidum carcer et solitudo paradisi est. Quid
desideramus urbium frequentiam²⁴, qui de singularitate censemur?” Possemus²⁵ in
hunc modum multa colligere de priuilegio clericorum et subiectione monachorum,

13 *om. Pe*
14 qui ut audiuimus – approbant monachorum *om. Pe*
15 uobis *Pe*
16 ei *Pe*
17 dicit, *sed* uel dixit *add. supra lineam Pe*
18 quid *Cd*
19 non sunt solorum habitacula] solorum non sunt habitacula *Pe*
20 *om. Cd*
21 et *add. LnVm*
22 Antoninos *corr. ex Antonios Pe*
23 et *add. LnVm*
24 *corr. ex frequentia Pe*
25 possem *Pe*

nisi uitarem²⁶ prolixitatem²⁷ epistole. Nec tamen ista dicendo monachorum religioni
 40 detrahimus, immo, ut ueri²⁸ monachi sint, id est, ut²⁹ uere singularem sectentur
 uitam³⁰, tota mente desideramus. Laudamus quidem eos et beatos esse profitemur si
non transgrediantur terminos a patribus suis positos^{viii} et tunc magis esse beatos,
 cum *subesse magis studuerint quam preesse*,^{ix} cum humilitas et obedientia sit eorum
 summa prouectio, ambitio uero et superbia lamentabilis et superba³¹ deiectio. Hec et
 45 his similia diligenter attendite et ordinem clericorum, in quo estis, et cuius³² estis, et
 cui auctore³³ Deo preestis, ad meliora prouocando³⁴ honorate et nulli alii ordini eum
 contra morem ecclesiasticum subiugari permittite. Valet³⁵.

-
- i Cf. 2 Tim. ii, 4.
 ii Cf. Ps. xxxv, 10.
 iii Ep. 36.01: Augustine, *Ep. LX* (CSEL 34, 221).
 iv Ep. 36.02: Jerome, *Adversus Vigilantium*, c. 15 (CCSL 79C, 28).
 v Ep. 36.03: Jerome, *Ep. XXIV* (CSEL 54, 55).
 vi Ep. 36.04: Jerome, *Ep. LVIII* (CSEL 54, 533).
 vii Ep. 36.05: Jerome, *Ep. CXXV* (CSEL 55, 1).
 viii Prov. xxii, 28.
 ix Cf. *Regula Benedicti*, c. 64, 8 (CSEL 75, 149).

-
- 26 uitaremus **Bb**
 27 pluralitatem **Vm**
 28 uere **Bb**; ueri *corr. ex ueteri Pt*
 29 *om. Bb*
 30 singularem sectentur uitam] singularem uitam sectentur **LnVm**
 31 suprema **Pa**
 32 cui **BbCdPePtQd**
 33 auctori **Vm**
 34 prouocanda **Pe**
 35 *om. Bb*

B.5 Ivo, ep. 60

[**Bb**: fols. 8rb-9vb; **Cd**: fols. 13v-15v; **Ln**: fols. 81v-83v; **Pa**: fols. 21v-22v; **Pe**: fols. 51r-54r; **Pt**: fols. 50r-53v; **Qd**: fols. 56v-61r; **Vm**: fols. 11r-12r]

¹Hugoni Lugdunensi archiepiscopo sedis apostolice legato, Iuo humilis ecclesie Carnotensis minister: salutem et seruitium.

*Factum est ut imperastis*¹ et manus a consecratione Senonensis electi continuimus et litteras uestras per comprouinciales episcopos pro apostolice auctoritatis obedientia direximus. Petendo itaque consulimus et consulendo petimus discretionem uestram, ut parcius de cetero nos² apostolice obedientie uinculis astringatis, ne humeris nostris importabilia imponendo in inobedientiam labi prohibente aliqua impossibilitate uel imperante aliqua necessitate faciatis, quia facile est uobis comminante arcu de longinquo pugnare, nobis autem nimis periculosum aduersantem gladio de presenti ferire. Nos tamen *interdicta* seu *mandata pro fidei* defensione, *pro fidelium correctione*³, *pro sceleratorum emendatione*, *pro imminentium uel futurorum malorum interdictione promulgata a sede apostolica*,ⁱⁱ sic uolumus obseruare, ut parati simus Deo cooperante quelibet aduersa pro eorum defensione tolerare. Cum uero ea, que indifferentes se habent, in quibus non obseruatis minime salus periclitatur uel obseruatis minime iuuatur, tam obnixe seruanda sancitis uel cum ea, que antiquitas sanxit, consuetudo seruauit, uenerabilium patrum auctoritas⁴ sacrata⁵ firmauit, prout uultis minuitis aut mutatis: attendere debet prudentia uestra, quid saluti eorum, quibus per omnia prodesse debetis, conferatis uel quorum institutio potius sit⁶ tenenda uel quibus obedientia potius sit exhibenda – an illis sanctis patribus, qui adhuc nobis⁷ in scriptis suis loquuntur, an uobis, quibus nihil est aliud propositum, nisi priorum sequi

¹ Multe rationes et auctoritates contra prohibitionem legati de consecratione Senonensis archiepiscopi *add. PtQd (rubr.)*

² uos *Vm*

³ correptione *Pe*

⁴ antiquitas *LnVm*

⁵ sacra *Pt*

⁶ potius sit] sit potius *Pa*

⁷ uobis *Qd*

et⁸ honorare uestigia. Neque hoc dico, quod contra nouos excessus non liceat noua promulgare mandata, sed hoc dico⁹, quod dicit papa Zozimus Narbonensibus:ⁱⁱⁱ “Contra statuta patrum concedere aliquid, uel mutare ne¹⁰ huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiquitas, cui decreta patrum
25 sanxere reuerentiam.” In libro quoque pontificum, qui dicitur *Diurnus*, ita continetur de professione Romani pontificis:^{iv} “Nihil de traditione, quam a¹¹ probatissimis predecessoribus meis traditam et seruatum reperi, diminuere uel mutare aut aliquam nouitatem admittere, sed feruenter¹² ut eorum discipulus et sequipeda¹³ totis mentis mee conatibus que¹⁴ tradita canonice comperio, obseruare¹⁵ ac¹⁶ uenerari profiteor.”
30 Beatus quoque¹⁷ Gregorius Maurentio magistro pro causa Theodori:^v “Graue nimis est contra ueterem usum sacerdotes sibi quicquam arripere.” Item idem^{18:vi} “Omnia que usus antiquitatis statuit, intemerata seruentur.” Inde Leo quartus scribit iudici Sardinie:^{vii} “Nec mos nec nouiter introducta consuetudo nostre ecclesie¹⁹ nostris predecessoribus fuit contra canonum statuta noua uel inusitata presumere.” Item Gregorius uniuersis episcopis Numidie:^{viii} “Consuetudinem, que contra fidem nihil usurpare dinoscitur, immotam permanere concedimus, siue de primatibus constituendis siue de ceteris capitulis.” Item Leo quartus Lothario:^{ix} “Quod iusta ac sedula consuetudo nos imitari non precipit, ita ab hoc ueluti a magno precipitio nos custodire oportet.” Nicolaus quoque inter cetera sic scribit Hicmaro²⁰ Remensi archiepiscopo^{21:x} “Ridiculum est, et satis abhominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitas a
40

8 sequi et *om. LnVm*
9 quod contra nouos – sed hoc dico *om. sed add. alia manu in marginem Pe*
10 nec *LnVm*
11 *om. Qd*
12 frequenter *Bb*
13 pedisequa *LnVm*, *corr. ex pedissiqua Vm*
14 quam *Pe*
15 obseruari *LnVm*
16 uel *BbCd*
17 papa *add. LnVm*
18 Item idem *om. PaPe*
19 Nec mos nec – ecclesie *om. sed add. alia manu in marginem Qd*
20 Ymaro *Bb*, Hicmaro *Pe*
21 Remensi archiepiscopo] archiepiscopo Remensi *Cd*

patribus suscepimus²², infringi²³ patiamur.” Gelasius quoque uniuersis episcopis per Dardaniam de hac²⁴ eadem re ita scribit:^{xi} “Quia per ambitiones illicitas²⁵ non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare²⁶ et priuilegia, que metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas, auida presumptione peruadere, non respicientes, quia eterno iudici rationem tam de catholice sinceritatis iniuria, quam de traditionum preiudiciis paternarum, non sine perpetue sint dampnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, caritatem uestram duximus instruendam, ut uos omnes in commune fratres per Dardaniam siue per²⁷ contiguam quamque prouinciam constituti, qui uos sub metropolitanis uestris esse meministis, et ab hisdem²⁸ substitui²⁹ decedentes, sicut uetus consuetudo deposcit, unanimiter studeatis antistites et, uicissim si metropolitanus humane conditionis sorte recesserit, a prouincialibus episcopis, sicut uetus forma transmisit, sacrari modis omnibus censeatis.”

Cum ergo tam ista, quam alia generalia instituta tam absolute consecrationem metropolitani contineant, miramur, cur priuatis legibus et nouis traditionibus ueteres traditiones et consuetudines remouere contenditis, precipiendo ut Senonensis electus ante consecrationem suam uobis presentetur et iure primatus uestri subiectionem et obedientiam profiteatur, quod hactenus nec³⁰ in Senonensi prouincia, nec in aliis prouinciis antiquitas instituit nec consuetudo seruauit. Vnde papa Nicholaus inter cetera sic scribit Radulfo archiepiscopo Bituricensi aliqua ultra ius primatis sibi usurpanti:^{xii} “Primates uel patriarchas nihil priuilegii habere pre ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt et prisca illis consuetudo contulit, diffinimus ita, ut secundum Nicenas regulas sua priuilegia seruentur ecclesiis.” Quod si priuilegio uestre legationis eum uobis contenditis presentari, qui nec apud nos nec apud uos³¹

22 accepimus *Cd*
23 infirmari *LnVm*
24 *om. Vm*
25 ambitiones illicitas] illicitas ambitiones *LnVm*
26 perturbare *LnVm*
27 *om. Bb*
28 isdem *Ln*, eisdem *Cd*
29 estis *add. BbCd*
30 *om. BbCd*
31 nec apud nos nec apud uos] nec apud uos nec apud nos *Pa*

ab aliquo est accusatus, non ita papa Leo Anastasio instituit Thessalonicensi episcopo uicario suo, sed ut tantum de nomine electi ad notitiam eius prouinciales referant sacerdotes,^{xiii} ipse autem nullis difficultatibus, nullis dilationibus iustas fatigaret electiones. Quantum enim audiuimus, persona nobiliter nata, competenter erudita, boni testimonii inter notos cum in ecclesia sua diaconatus fungeretur officio, sine ulla dissonantia gratuitam habuit electionem. Sed si his exactionibus modo cederet, diceretur munere lingue uel officii suam comparasse consecrationem.

Quod autem scripsistis predictum electum inuestituram episcopatus de manu regis accepisse, nec relatum est nobis ab aliquo qui uiderit, nec cognitum. Quod tamen si factum esset, cum hoc nullam uim sacramenti gerat in constituendo episcopo, uel admissum uel omissum³², quid fidei, quid sacre religioni officiat, ignoramus; cum post canonicam electionem reges ipsos auctoritate apostolica³³ a concessione episcopatum prohibitos minime uideamus. Legimus enim sancte recordationis summos pontifices aliquando apud reges pro electis ecclesiarum, ut eis ab ipsis regibus concederentur episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliquorum, quia concessiones regum nondum consecuti fuerant, consecrationes distulisse. Quorum exempla supposuissimus, nisi prolixitatem epistole uitassemus. Domnus quoque papa Urbanus reges tantum a corporali inuestitura excludit, quantum intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi, uel concessione; quamuis octaua synodus solum prohibeat eos interesse electioni, non concessioni.^{xiv} Que concessio siue fiat manu, siue fiat nutu, siue lingua, siue uirga – quid refert, cum reges nihil spirituale se dare intendant, sed tantum aut uotis petentium annuere, aut uillas ecclesiasticas et alia bona exteriora, que de munificentia regum optinent ecclesie, ipsis electis concedere? Vnde Augustinus super Iohannem, parte prima, tractatu sexto.^{xv} “Quo iure defendis uillas ecclesie, diuino an humano? Diuinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus regum. Vnde quisque possidet³⁴ quod possidet, nonne iure hu-

³² commissum **Bb**, omissum *corr. ex* <c>ommissum **Pe**

³³ auctoritate apostolica] apostolica auctoritate **CdBbQd**

³⁴ *om.* **Qd**

90 mano? Nam iure diuino *Domini est terra, et plenitudo eius*.^{xvi} Iure³⁵ humano dicitur:
Hec uilla mea est, hec domus mea est, hic seruus meus est. Tolle iura imperatorum
quis audet dicere: Hec uilla mea est, meus est iste seruus, mea est ista domus?”
Item.^{xvii} “Noli dicere, quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum
possidentur possessiones³⁶. Dixisti: Quid mihi et regi? Noli dicere possessiones tuas,
95 quia ad ipsa iura renuntiasti humana, quibus possessiones possidentur.

Quod si hec³⁷ eterna lege sancita essent, non esset in manu presidentium³⁸, ut ea in
quibusdam districte iudicarent³⁹, quibusdam misericorditer relaxarent, ipsis in honore
accepto permanentibus, contra quos ista⁴⁰ loquuntur. Nunc uero, quia ea illicita max-
ime facit presidentium prohibitio, licita quoque eorundem pro sua estimatione remis-
100 sio, uidemus nullos aut pene nullos pro huiusmodi transgressione dampnatos, pluri-
mos autem uexatos, plurimas ecclesias spoliatas⁴¹, plurima scandala exorta, diuisum
regnum et sacerdotium, sine quorum concordia res humane nec incolumes esse
possunt nec tute. Videmus quoque miseros episcopos et abbates⁴² nec ruinis morum
nec murorum reficiendis uelle uel⁴³ posse uacare, solum ad hoc intentos, ut possint
105 sibi aliquam linguam magniloquam amicam facere, cuius nundinis se possint utcum-
que defensare. Multi quoque electi, qui gratuitam et canonicam habent electionem,
quia huiusmodi dilationibus⁴⁴ uel fatigationibus impediuntur, comparatis sibi pecunia
mediatoribus et prolocutoribus, ne turpem patiantur repulsam, in symoniacam of-
fendunt aliquando consecrationem. Cum ergo omnis institutio ecclesiasticarum
110 legum ad salutem referenda sit animarum, istarum institutionum transgressiones aut
districtius essent corrigende, ut saluti prodessent, aut interim⁴⁵ silentio premede, ne
spiritualia uel temporalia commoda supradictis modis impedirent. Nec ista dico,

³⁵ ergo *add. Bb*

³⁶ possidentur possessiones] possessiones possidentur *Cd*

³⁷ et *add. Pt*

³⁸ possidentium *LnVm*

³⁹ uindicarent *PaPe*

⁴⁰ ita *Qd*

⁴¹ expoliatas *Cd*

⁴² episcopos et abbates] abbates et episcopos *LnVm*

⁴³ uelle uel *om. LnVm*

⁴⁴ delationibus *Bb*

tanquam uelim aduersus sedem apostolicam caput erigere uel eius salubribus dispositionibus obuiare uel meliorum sententiis preiudicium facere, si uiuis nitantur rationibus et⁴⁶ euidencioribus ueterum patrum auctoritatibus⁴⁷. Sed hoc uellem cum multis
115 mecum pie sentientibus, ut Romane ecclesie ministri tamquam probati medici *maioribus morbis sanandis*^{xviii} intenderent et non ab irrisoribus suis audirent: *Culicem colantes*⁴⁸ *et camelum glutientes mentam, rutam, ciminum et anetum decimatis, grauiora autem legis pretermittitis*,^{xix} cum per totum pene mundum flagitia et facinora uideamus publice perpetrari, nec ea a uobis aliqua iustitie falce resecuri. Quorum
120 exempla quia uel a uobis⁴⁹ non sunt⁵⁰ remota uel uobis non ignota, non est meum eos speciali sermone taxare. Vos uideritis, quid de his⁵¹ et de similibus agere debeatis.

Nunc uero specialiter ad hoc intendit stilus meus, ut electum Senonensis ecclesie, si nihil in eo, quod sacris canonibus obuiet, repertum fuerit, secundum morem antiquum consecrari permittatis: quia de tantillo iure cedere⁵², quod habent ecclesie nostre, nec uolumus nec debemus, cum beatus dicat Cyprianus:^{xx} “Quam periculosum sit in diuinis rebus, ut quis cedat iure suo et potestate, Scriptura sacra declarat,^{xxi} cum Esau primatus suos inde perdiderit, nec recipere id postmodum potuerit, quo⁵³ semel cessit.” Quod si huic petitioni nostre adqueueritis, consecrato omni studio persuadebimus, ut primatum Lugdunensis ecclesie recognoscat, uobis sicut primati suo deferat⁵⁴ omnem debitam reuerentiam secundum traditiones patrum exhibeat. Qui si adquiescere noluerit nostris⁵⁵ persuasionibus, nos tamen ab iis⁵⁶ que preceperit apostolica⁵⁷ sedes non recedemus. Si autem petitionibus nostris⁵⁸ non

45 iterum *Ln*
46 de *LnVm*
47 obuiare *add. Qd*
48 colentes *Qd*
49 nobis *Ln*
50 sint *Cd*
51 eis *LnVm*
52 cedere *om. BbCdQd sed add. post uolumus BbCd*
53 quod *Qd*
54 primati suo deferat] patri suo referat *BbCd*
55 uestris *Vm*
56 his *PaVm*
57 Romana *PaPe*
58 uestris *Qd*

135 adqueueritis et aliquod scisma fuerit inde exortum contra uotum nostrum, secure
dicam, *neque iniquitas mea neque peccatum meum*,^{xxii} neque uos poteritis dicere,
uobis non fuisse predictum.⁵⁹

De cetero predam a Puteacensibus in me et in Carnotensem ecclesiam factam iure
possem a uobis repetere, si reuerentiam uestram in ius possem uocare, qui ad sugges-
tionem emulorum meorum predictos sacrilegos a me et a coepiscopis meis commun-
140 ione priuatos me nesciente communioni reddidistis ac per hoc scelerum suorum im-
punitatem⁶⁰ ad perpetranda maiora sacrilegia relaxastis. Quod utrum faciendum
fuerit, uel post factum cognita ueritate corrigendum, iudicet iustitia uestra, cum iusta
uincula non soluat nisi uera penitentia. Si ad hec omnia respondere non licet uel non
placet, ad hec saltem ultima duo respondeat sanctitas uestra. Bene ualete.

-
- i Luc. xiv, 22.
ii Ep. 60.01: Nicholas I, JE 2750 (MGH. Epp. 6, 286).
iii Ep. 60.02: Zosimus, JK 334 (PL 20, 666).
iv Ep. 60.03: *Liber Diurnus*, c. 83 (ed. Sickel, 92).
v Ep. 60.04: Gregory I, JE 1573 (MGH. Epp. 2, 78).
vi Ep. 60.05: *ibid.*
vii Ep. 60.06: Leo IV, JE 2648 (MGH. Epp. 5, 609).
viii Ep. 60.07: Gregory I, JL 1144 (MGH. Epp. 1, i, 95).
ix Ep. 60.08: Leo IV, JL 2603 (MGH. Epp. 5, 604).
x Ep. 60.09: Nicholas I, JE 2879 (MGH. Epp. 6, 604).
xi Ep. 60.10: Gelasius I, JK 716 (ed. Thiel, 435-6).
xii Ep. 60.11: Interpolated version of Nicholas I, JE 2765 (cf. F. Schneider, 'Ein interpolierter Brief Papst Nikolaus I. und der Primat von Bourges', *NA*, 32 (1907), 477-92).
xiii Ep. 60.12: Cf. Leo I, JK 411 (PL 54, 1261).
xiv Ep. 60.13: Cf. Constantinople IV, actio 10, c. 22 (Mansi 16, 174-5; Anastasius Bibliothecarius, PL 129, 160).
xv Epp. 060.14-5: Augustine, *In Iohannis euangelium* vi, 25 (CCSL 36, 66).
xvi Ps. xxiv, 1.
xvii Ep. 60.16: Augustine, *In Iohannis euangelium* vi, 26 (CCSL 36, 66-7).
xviii Cf. Augustine, *Ep. CLXXXV*, c. 44 (CSEL 57, 38).
xix Mt. xxiii, 23.
xx Ep. 60.17: Cyprian, *Ep. LXXIII*, c. 15 (ed. Bayard, ii, 278).
xxi Cf. Gen. xv, 29-34, Gen. xxvii, 1-40.
xxii Ps. lviii, 5.

⁵⁹ Val' add. **Bb**, *cetera desunt BbCd*

⁶⁰ impunitate **LnPaPtVm**

B.6 Ivo, ep. 99

[**Bb**: fol. 16ra-va; **Cd**: fols. 23v-24r; **Ln**: fols. 90v-91r; **Pa**: fols. 34v-35r; **Pe**: fols. 82v-83v; **Pt**: fols. 84v-85v; **Qd**: fols. 102r-103v; *deest Vm*]

¹Iuo humilis ecclesie Carnotensis minister, dilecto in Christo fratri et compresbytero Gualoni: salutem in Domino.

Sciscitata est a me dilectio tua utrum pueri sex² annorum, uel infra, possint inter se³ sponsaliorum⁴ uel matrimonii contrahere sacramenta; et celebratis sponsalibus, si
5 alter obierit, utrum possit superstes cum sorore uel fratre defuncti inire matrimonium, cum quo prius inierat desponsationis uinculum. Et de matrimonio quidem, si legem naturalem⁵ consulimus, et uerba Domini diligenter attendimus ubi dicit: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adherabit uxori sue, et erunt duo in carne una*,ⁱ respondere incunctanter possumus, quia tunc primum legitimum initur matrimonium, cum coniuges per commistionem carnis reddere sibi inuicem possunt coniugii debi-
10 tum. Si autem ante annos pubertatis ratione dilatande uel conseruande pacis inter aliquos talia sacramenta celebrantur, si inter eas personas fiat inter quas lex id fieri non prohibet, et ex amborum consensu, non reprehendimus, quia sicut dicit papa Nicholaus:ⁱⁱ “Matrimonium facit consensus, non coitus.” Vnde etiam in libro Pandectarum continetur libro .XXIII.⁶ titulo primo:ⁱⁱⁱ “In sponsalibus consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Et ideo sicut nuptiis, ita sponsalibus filiofamilias consentire oportet.” Et in consequentibus:^{iv} “Filiofamilias dissentiente sponsalia eius nomine fieri non possunt.” Qua autem etate ista fieri debeant, nec ecclesiasticis nec humanis legibus pleniter est diffinitum. Vnde in supradicto continetur
15 libro:^v “In sponsalibus contrahendis etas contrahentium diffinita non est ut in matri-
20

¹ Quod frater non potest inire matrimonium cum ea, que fratri suo fuerat desponsata *add. PtQd* (*rubr.*)

² septem *Ln*

³ inter se] interesse *Ln*

⁴ misteriiis *add. Ln*

⁵ legem naturalem] naturalem legem *Ln*

⁶ .xxiiii. *Cd*

moniiis, quapropter a primordio etatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint⁷ minores quam septem annis.” Postquam uero sponsalia utriusque persone consensu contracta sunt, coniugii⁸ nomen acceperunt. Vnde dicit Ambrosius, *Ad uirginitatis exhortationem*, libro primo:^{vi}

25 “Desponsata uiro coniugis nomen accepit. Cum initiatur coniugium, tunc coniugii⁹ nomen assumitur; non enim defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis.” Item Isidorus *Ethymologiarum* libro nono^{10.vii} “Coniuges ueri¹¹ appellantur a prima desponsationis fide, quamuis adhuc ignoretur coniugalis concubitus.” Inde¹² etiam Augustinus in libro *De nuptiis et concupiscentia*:^{viii} “Neque fallaciter ab angelo

30 dictum est ad Ioseph: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*.^{ix} Coniux uocatur a prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat, nec cogniturus¹³ erat.” His igitur auctoritatibus manifestum est quia postquam per¹⁴ desponsationis fedus inter duas personas ex maiori parte fuerit coniugium ex utrorumque uoluntate compactum, non poterit ulterius frater fratris uxorem ducere nec soror sororis marito nubere. Vnde legitur in concilio Triburiensi capitulo decimo: “Decretum est ut,

35 quamuis mulier nupta esse non potuerit legitimo uiro, desponsatam tamen fratri frater¹⁵ habere non possit.” Hec tibi interim¹⁶, carissime, ad interrogata sufficiant. Ex his enim quasi rationum scintillis poteris maiora colligere et quibus necesse fuerit de propositis satisfacere.¹⁷

40

i Gen. ii, 24; Mt. xix, 5.
 ii Ep. 99.01: Nicholas I, *Responsa*, c. 3 (MGH. Epp. 6, 570).
 iii Ep. 99.02: *Dig.* 23, 1 (ed. Mommsen/Krüger, 330).
 iv Ep. 99.03: *ibid.* (ed. Mommsen/Krüger, 330-1).

7 sunt **Ln**
 8 coniugum **Ln**
 9 coniugis **BbCd**
 10 .viii. **Cd**
 11 uerius **BbCd**
 12 Vnde **Ln**
 13 cognitura **Cd**
 14 om. **BbCdPe**, sed inseruit **Pe**
 15 fratri frater] frater fratri **BbQd**
 16 fratri *add.* **BbCd**; tibi interim] interim tibi **Qd**
 17 Val' *add.* **BbCdLn**

-
- v Ep. 99.04: *ibid.* (ed. Mommsen/Krüger, 331).
vi Ep. 99.05: Ambrose, *De institutione virginitatis* vi (PL 16, 316).
vii Ep. 99.06: Isidore, *Etymologiae* ix, c. 7 (ed. Lindsay, s.p.).
viii Ep. 99.07: Augustine, *De nuptiis et concupiscentia* i, c. 11 (CSEL 42, 224)
ix Mt. i, 20.

B.7 Ivo, ep. 105

[**Bb**: fol. 15rb-vb; **Cd**: fols. 22v-23r; **Ln**: fols. 97v-98r; **Pa**: fol. 40r; **Pe**: fol. 95r-v; **Pt**: fols. 97v-98r; **Qd**: fols. 119v-120v; **Vm**: fol. 17r-v.]

¹Paschali summo pontifici, Iuo humilis ecclesie Carnotensis minister: spiritu fortitudinis abundare.

De tribulatione qua uexatur a filiis alienis Beluacensis ecclesia et de regis Francorum in flagitio suo sacre religioni pernicioosa et ignominiosa pertinacia, nihil apertius et nihil² uestre auctoritati utilius et honestius scribere uel dicere possum quam scripsi, preter quod sacramentum sacris canonibus et omni religioni obuium per quemdam seruientem suum ad suggestionem Drogonis cantoris, qui omni religioni, quantum preualet, aduersatur, dari fecit, quod Galo in uita eius numquam futurus esset Beluacensis episcopus. Qua in re prudentiam uestram muniri oportet spiritu fortitudinis, quia si tali sacramento annullari potest canonica electio, nulla ulterius in regno Francorum futura est, nisi aut simoniaca aut uiolenta intrusio. Quod si sanctitati uestre obicitur regem non oportere cogi ad³ periurium, recordari potestis, quid dicat beatus Ambrosius libro primo *De officiis*. Dicit enim:¹ “Est nonnumquam contra officium promissum custodire sacramentum, ut Herodes qui iurauit quoniam quicquid petitus esset daret filie Herodiadis et necem Iohannis concessit ne promissum negaret.” Dicit etiam⁴ Augustinus in sermone quem fecit in decollatione Iohannis Baptiste:ⁱⁱ “Video Daud hominem pium sanctum in iurationem⁵ temerariam incidisse, et maluisse non facere quod iurauerat, quam iurationem suam fuso sanguine hominis implere.” Item:ⁱⁱⁱ “Iurauit Daud temere, sed non impleuit iurationem⁶ maiori pietate. De duobus peccatis elegit minimum.” Item Ambrosius in libro tertio *De officiis*:^{iv}

¹ De iuramento Petri et Herodis *add. PtQd (rubr.)*; De iusiurando sacramento iniuste prolato *add. Vm*

² *om. LnVm*

³ aut *Pa*

⁴ enim *LnVm*

⁵ coniurationem *Ln*

⁶ suam *add. LnVm*

“Plerique sepe se constringunt iurisiurandi⁷ sacramento, et cum ipsi cognouerint
 promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spon-
 derunt, sicut de Herode supra scripsimus⁸. Quanto tolerabilius fuisset⁹ tale periurium
 sacramento, si tamen periurium dici posset, quod eiuratus in saltantium¹⁰ choros
 25 promiserat?” Item Hieronymus, *Super Ieremiam*, libro primo:^v “Animaduertendum
 quod iusiurandum hos habeat¹¹ comites, ueritatem, iudicium atque¹² iustitiam. Si ista
 defuerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.” Et in actione septime synodi
 legitur:^{vi} “Herodes obseruauit sacramentum¹³, et periit. Petrus negauit cum iuramen-
 to, et conuersus fleuit et saluatus est.” Sed quia scientibus ista loquor, non docendo
 30 sed commemorando et commonefaciendo hec dicere me arbitror. Ad summam
 ueniam. Si rex a sanctitate uestra seu per se seu per alios penitentiam acceperit¹⁴ et,
 ut pro certo credimus, *ad uomitum reuersus fuerit*,^{vii} qualiter me habere debeam¹⁵,
 instruite et litteris premunite. Valete.¹⁶

ⁱ Ep. 105.01: Ambrose, *De officiis* i, c. 50 (CCSL 15, 94).

ⁱⁱ Ep. 105.02: Augustine, *Sermo CCCVIII*, c. 2 (PL 38, 1408).

ⁱⁱⁱ Ep. 105.03: *ibid.* (PL 38, 1409).

^{iv} Ep. 105.04: Ambrose, *De officiis* iii, c. 12 (CCSL 15, 182).

^v Ep. 105.05: Jerome, *In Hieremiam prophetam libri sex* i, c. 68 (CSEL 59, 51).

^{vi} Ep. 105.06: Anastasius Bibliothecarius, *Interpretatio synodi VII*, actio iv (PL 129, 302).

^{vii} Cf. Prov. xxvi, 11; 2 Pet. ii, 22.

⁷ uiri iurandi *Cd*
⁸ diximus *Cd*
⁹ fuisse *LnVm*, fuisset *corr. ex fuisse Bb*
¹⁰ psaltantium *Vm*
¹¹ habet *LnVm*
¹² et *Ln*
¹³ iuramentum *LnVm*
¹⁴ egerit, *sed* uel acceperit *suprascr. Qd*
¹⁵ debeatur *Cd*
¹⁶ Val' *Bb*; *om. PaPePtQd*

B.8 Ivo, ep. 188

[*Pa*: fols. 62r-63r; *Pe*: fols. 138r-139r; *Pt*: fols. 151v-153r; *Qd*: fols. 190v-193r; *deest BbCdLnVm*]

¹Radulfo uenerabili Remensium archiepiscopo, Iuo humilis Carnotensis ecclesie minister: perseuerantem in tribulatione patientiam.

Quesiuit a me, quod melius me nouit uestra prudentia², utrum mulier, que post completa sacramenta et officia nuptiarum infra duos aut tres menses peperisse cognoscitur, debeat propter federa nuptiarum in coniugio manere, an propter patratum ante nuptias flagitium matrimonii dignitatem amittere, cum lex Moysi iubeat huiusmodi lapidari³.

Super qua re non memini me canonicam inuenisse sententiam; dico tamen sine preiudicio melioris sententie, quia si ante celebrationem sacramenti coniugalis cognita fuisset mulieris turpitude, secundum seueritatem legum non esset honestanda matrimonio, sed asperis obiurgationibus tanquam lapidum iactibus seuera ei esset adhibenda correctio⁴. Verum postquam simpliciter precedente consensu contracta sunt federa nuptiarum, postquam matrimoniales tabule date sunt et cetera coniugii sacramenta completa sunt, uir etiam et mulier unum corpus per commixtionem carnis facti sunt, non intelligo posse dissolui coniugium, *nisi diuortii causa* intercurrat *adulterium*.ⁱ Quamuis ex adulterio docente Euangelio possit *mulier* marito *reconcilari*,ⁱⁱ quanto magis ex simplici fornicatione, que patrata est quando nondum erat alligata legi⁵ maritali? Continetur enim libro Constitutionum, quia *meretrices* possunt *honestiorem uitam eligere* et matrimonii iura contrahere.ⁱⁱⁱ Quanto magis mulieres, que occulte peccauerunt, et questum corpore non fecerunt? Vnde Augustinus in libro *De conflictu uirtutum atque uitiorum*.^{iv} “Quibusdam nubendi licentia tribuitur, hoc est

¹ De muliere que infra duos menses post nuptias peperit *add. PtQd (rubr.)*

² uestra prudentia] prudentia uestra *Pe*

³ lapidare *PePtQd*

⁴ correptio *Pe*

⁵ lege *Pe*

qui uirginitatem uel castimoniam uidualem nequaquam professi sunt. Fornicatio uero nulli impune conceditur.” Hec sententia nec fornicariam excipit, nec fornicarium a lege coniugii, sicut et Paulus lapsibus humane fragilitatis occurrens scribit ad Corinthios: *Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam*⁶, *et unaqueque uirum suum*.^v Quibus uerbis medicinaliter⁷ prouisum est, ut carnalis commixtio, que damnabilis foret turpitudine flagitii uenialis fieret honestate matrimonii, nec iam reputentur fornicarie, que prius erant inhoneste, neque liceat uiris eas propter priorem lapsum dimittere, dicente Apostolo: *Alligatus es uxori, noli querere solutionem*.^{vi} Cum enim fornicatio et in Veteri et in Nouo Testamento eque inhonesta et damnabilis habeatur, ut de inhonesta faceret honestam, preceptum est⁸ Osee a Domino, ut uxorem sibi duceret mulierem fornicariam. Vnde beatus Hieronymus in explanatione super Osee ita scribit:^{vii} “Non est culpandus Osee propheta, si meretricem quam duxit, conuertit⁹ ad pudicitiam, sed potius laudandus, quod ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur si societur malo, sed qui malus est in bonum uertitur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus non prophetam pudicitiam perdidisse¹⁰ copulatum fornicarie, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat.” Ex his beati Hieronymi uerbis colligi potest¹¹, quia si propter consortium pudici redditur mulier pudica, e contrario propter diuortium eiusdem redditur impudica. Vnde cum leges honestati consulere debeant et saluti, tutius mihi esse¹² uidetur, ut uir mulierem quam duxit, licet nesciens impudicam, retineat in uxorem, quam suo diuortio et illam fornicariam et se faciat fornicatorem. Beati quoque doctores nostri Ambrosius et Augustinus huiusmodi mulierum lapsus suadent potius a uiris debere dimitti quam districte et sine misericordia iudicari, cum et ipsi uiri uix possint a similibus impudicitiiis immunes inueniri. Vnde Augustinus in libro *De uerbis Domini*, tractatu .XLVII.:^{viii} “Si ducturi estis uxores, seruate uos uxoribus uestris.

⁶ habeat uxorem suam] suam uxorem habeat **PaPe**

⁷ medicabiliter, *sed* uel –cinaliter *suprascr.* **Pe**

⁸ post Domino **Pa**

⁹ conuerterit **Qd**

¹⁰ per *add.* **Pa**

¹¹ uerbis colligi potest] potest colligi uerbis **Qd**

¹² mihi esse] esse mihi **Pe**

Quales uultis eas ad uos uenire, tales debent et ipse uos inuenire.¹³ Intactam queris? Intactus esto. Puram queris? Noli esse impurus.” Inde et Ambrosius in sermone *De accusato Domino*:^{ix} “Pudicitie causam nisi uir pudicus accusare non debet. Talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur uerecundia.” “Quid enim¹⁴ tam diuinum, quid tam iustum sentias, quam ut is peccata sentiat qui peccati sit expers? Quomodo enim feras alieni ultorem, et proprii criminis defensorem?”^x Vnde et Augustinus in libro *De uerbis Domini*, tractatu .XLVIII.:^{xi} “Dicit Dominus quod dicere debet mansuetus et iustus: *Qui sine peccato est, prior in adulteram lapidem mittat*.^{xii} Hec uox iustitia¹⁵ est. Puniatur peccatrix, sed non a peccatore. Impleatur lex, sed non a preuaricatoribus legis.” Item¹⁶ Augustinus, *De decem cordis*:^{xiii} “Quoniam castitas uirtus est, tu sub uno impetu libidinis cadis, et uis uxorem tuam uictorem esse, tu uictus iacens? Si caput est uir, melius debet uiuere, et omnibus bonis factis precedere uxorem suam.” Ex his et huiusmodi sanctorum patrum sententiis¹⁷ ratiocinando colligi potest quia illicitus coitus, ante nuptias uel sponsalia patrat, non potest postea initum separare coniugium, quanto minus partus, qui non est fructus uitii sed nature? Ad hec, si quis altius intuens obiciat ex uerbis pape Leonis non esse nuptias, in quibus non continetur *sacramentum Christi et ecclesie*,^{xiv} cui per Paulum dicitur: *Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo*,^{xv} audiat Hieronymum dicentem in tractatu octogesimi sexti psalmi:^{xvi} “Rem miram uobis loquor, sed tamen ueram. Syon nostra in qua aliquotiens alienigene sunt, et Tyrus, et Ethiopes, illa specula, illa Raab meretrix, illa Babylon, illa que *diuaricauit pedes suos cum omni transeunte* secundum Ezechiel,^{xvii} illa meretrix, si uoluerit, repente uirgo efficitur.”

70 Si ergo Raab non repellitur a spirituali coniugio Christi, cur mulier lapsa non admittetur ad coniugium uiri honesti? Neque enim ab huiusmodi nuptiarum federe discrepat sacramentum Christi et ecclesie. Non est ergo conueniens Christiane pietati,

¹³ Si ducturi estis – uos inuenire *om. sed inseruit alia manu Pe*

¹⁴ *om. Pe*

¹⁵ iustitie *PaPe*

¹⁶ Idem *Pe*

¹⁷ sanctorum patrum sententiis] sententiis sanctorum patrum *Pe*

neque sacramentis ecclesiasticis ea est inferenda iniuria, ut quamuis celerius uel tardius celebrata sint quam traditus ordo postulat, eos tamen quos de turpitudine transtulerunt ad honestatem, de ciuitate diaboli ad ciuitatem Dei, nos indiscreta seu-
75 eritate cogamus reuerti de honestate ad turpitudinem, de ciuitate Dei ad ciuitatem diaboli. Si uero aliter in aliquibus capitulis repertum fuerit, seueritati discipline est ascribendum. Sed ubi salus periclitatur, moderatione legum saluti intelligimus consu-
lendum.

80 De cetero sciat dilectio uestra, quia pro pace Remensis ecclesie et uestra regem humiliter et fideliter interpellauimus, et suo tempore interpellare non desistemus.

-
- i Mt. xix, 9.
ii 1 Cor. vii, 11.
iii Ep. 188.01: *Nov. 22, 10-1 via Epitome Iuliani*, 36 (37), c. 133 (ed. Hänel, 58-9).
iv Ep. 188.02: Ps.-Augustine, *De conflictu virtutum*, c. 23 (PL 17, 1072).
v 1 Cor. vii, 2.
vi 1 Cor. vii, 27.
vii Ep. 188.03: Jerome, *Commentaria in Osee i*, c. 1 (PL 25, 823).
viii Ep. 188.04: Augustine, *Sermo CXXXII*, c. 2 (PL 38, 736).
ix Ep. 188.05: Ps.-Ambrose, *De accusato et iudicato Domino* (PL 57, 333-4).
x Ep. 188.06: Ambrose, *Ep. XXVI*, c. 12 (PL 16, 1045). See *Decretum viii*, cc. 120-1.
xi Ep. 188.07: Augustine, *In Iohannis euangelium*, tr. 33, c. 5 (CCSL 36, 309).
xii Jo. viii, 7.
xiii Ep. 188.08: Augustine, *Sermo IX (De decem chordis)*, c. 3 (CCSL 41, 111-2).
xiv Cf. Leo I, JK 544 (ed. Hinschius, 617).
xv 2 Cor. xi, 2.
xvi Ep. 188.09: Ps.-Jerome, *Breviarium in Psalmos* (PL 26, 1084).
xvii Cf. Ez. xvi, 25.

B.9 Ivo, ep. 189

[*Ln*: fols. 118v-119r; *Pa*: fols. 61r-62r; *Pe*: fols. 136r-138r; *Pt*: fols. 149r-151v; *Qd*: fols. 188r-190v; *Vm*: fols. 22v-23r; *deest BbCd*.]

¹Nouerit sancta Romana ecclesia, nouerint omnes ecclesie, ad quas murmur Remensium clericorum peruenerit, nos in consecratione Ludouici regis Francorum nihil nostrum quesisse, sed pro communi utilitate regni et sacerdotii consulte uigilasse. Erant enim quidam regni perturbatores, qui ad hoc omni studio uigilabant, ut aut
5 regnum in aliam personam transferretur, aut non mediocriter minueretur. Quod ne fieret, cooperante Deo, et pro integritate regni et pro tranquillitate ecclesiarum, quantum potuimus precauere studuimus. Vnde liuori ascribendum uidetur aut tumori², si quis utili et honeste actioni deroget, quam³ nec ratione potest redarguere, nec consuetudine infirmare⁴, nec lege damnare.

10 Si enim rationem consulimus, iure in regem est consecratus, cui regnum hereditario iure competebat, et quem communis consensus episcoporum et procerum iam pridem elegerat. Preterea, que ratio est Belgicorum regem suum creare et consecrare, quamuis in aliis prouinciis regnatus sit, si ita ipsorum regum uoluntas et temporum atque locorum opportunitas se obtulerit, eadem est Celticorum et Aquitanorum, qui
15 Belgicorum prouincie nihil debent, regem suum, quamuis et in Belgica regnatus sit, eligere, et omne regi debitum obsequium exhibere.

Si uero ad consuetudinem recurrimus, que in exemplis maxime declaratur, respondemus ex uerbis Augustini, *quia ratio⁵ exemplis anteponenda est, cui tamen et⁶ exempla concordant.*¹ Ecce rationem dedimus, quam apud eos eque ualidam super
20 hoc negotio inueniri non credimus. Addamus et exempla rationi concordantia. Sicut enim legitur in *Gestis Francorum*: “Diuiso regno inter filios Lotharii, nepotes

¹ De ordinatione regis Francorum *add. PtQd* (*rubr.*)

² timori *LnVm*

³ quod *Pa*

⁴ firmare *LnVm*

⁵ in *add. Pa*

Clodouei, Caribertus et Guntrannus prouincias Celticorum et Aquitanorum in regnum suum acceperunt, et alter eorum, Caribertus scilicet, Parisius sedem regiam sibi posuit, et usque ad fluuium⁷ Garunnam regnum suum extendit; Guntrannus uero Au-
 25 relianis sedem regiam sibi constituit et Burgundiam, que Celtice pars est, in regnum accepit.” Isti quippe reges nullam a Remensi archiepiscopo benedictionem uel coronam acceperunt⁸, sed a sacerdotibus prouinciarum quas regebant, sublimati sunt et sacrati. Postquam uero regnum Gallorum in suam monarchiam reuocatum est, deleta
 30 progenie⁹ Clodouei, Pipinus et filii eius Carolus et Carlomannus¹⁰, nec Remis nec a¹¹ Remensi archiepiscopo in reges sublimati sunt, nec inuncti. Ludouicus quoque¹² nepos Ludouici Senioris apud Ferrarias, qui locus est in pago Senonensi, et uxor eius, nullo presente metropolitano a quibusdam episcopis¹³ in reges sunt consecrati et coronati.”ⁱⁱ Vnde in *Gestis Francorum* ita legitur: “Audientes Hugo Abbas et ceteri pri-
 35 mates, qui cum filiis quondam senioris sui Ludouici agebant, Ludouicum nepotem¹⁴ cum uxore sua ad has partes uenturum, quosdam episcopos miserunt ad Ferrarias¹⁵ monasterium et ibi consecrari eos ac coronari in reges fecerunt.”ⁱⁱⁱ Item in *Gestis Francorum*: “Supererant duo filii Roberti comitis Andegauorum, qui fuit Saxonici generis uir. Senior ex his Odo dicebatur, Robertus alter. Ex his maiorem natu
 40 Odonem Franci et Burgundiones Aquitaniensesque proceres congregati in unum, licet reluctantem, tutorem Caroli pueri regnique elegere gubernatorem, quem unxit Galterius archiepiscopus Senonum.”^{iv} Item: “Carolus Simplex in carcere positus, Rodulfum nobilem filium Richardi, Burgundionum ducem, quem de sacro fonte susceperat, una cum¹⁶ consilio Hugonis Magni, filii supradicti Roberti, et procerum

6 om. ***LnVm***
 7 flumen ***LnVm***
 8 acceperant ***LnVm***
 9 propagine, *sed* uel progenie *alia manu suprascr. Pe*
 10 Carlomagnus ***PtQd***
 11 om. ***LnVm***
 12 uero ***LnVm***
 13 episcopi ***Qd***
 14 suum *add. LnVm*
 15 cetera *desunt LnVm*
 16 om. ***Qd***

Francorum in regnum sublimauit. Vinctus uero est¹⁷ in regem ipse Rodulfus tertio
45 Idus Iulii Suessionis ciuitate.”^v “Post mortem Rodulfi regis, per Guillelmum archie-
piscopum reductus est ab Anglia Ludouicus filius Caroli Simplicis in Franciam, et
decimotertio Kal. Iulii unctus est in regem apud Laudunum.”^{vi} Post translationem
uero regni Francorum in progeniem Hugonis Magni ducis, Robertus piissimus rex, fi-
lius Hugonis regis, Aurelianus est¹⁸ in regem consecratus et coronatus. Cuius filius
50 Hugo Iuuenis Compendii est unctus et in regem sublimatus.

Ex his et huiuscemodi exemplis manifestum est, quod Francorum reges non om-
nes in Remensi ecclesia uel a Remensibus archiepiscopis sunt consecrati, sed multi in
multis aliis locis et a multis aliis personis consecrati sunt. Que omnia si retexerentur
et prolixam facerent orationem et superfluum disputationem, cum nullis scriptis uel
55 exemplis probari possit, Remensem archiepiscopum Francorum regem extra Bel-
gicam unxisse aut coronasse. Cum enim eadem potestas sit cuiusque metropolitani in
metropoli sua, mirum uidetur, quare unus in proprium ius ambiat uendicare quod
multorum constat esse commune, nisi forte quis dicere audeat maiorem uim sacra-
mentorum esse apud alios quam apud alios, quod scismaticum esset et unitatem ec-
60 clesie diuideret. Hec dicentes non reprehendimus institutionem ecclesiasticam, per
quam pax ecclesie firmiter colligata est, cum inferiores a superioribus sacramentorum
dispensationem suscipiunt nec ultra quam sibi concessum est usurpare presumunt.
Verum ubi personarum equalis est potestas, quarum altera alteri¹⁹ nihil preter cari-
tatem debet, si altera alteri²⁰ ius suum uult detrahare et sibi soli arrogare sua querens,
65 deceptus est seculi ambitione. Nos quippe Remensi ecclesie non inuidemus, et si
reges Francorum erga eam tantam habuerint deuotionem, ut malint a metropolitano
eius consecrari quam ab alio, non repugnamus, non dolemus, immo super benedic-
tionem eorum, si nos adesse contigerit, gratanter loco idiote *Amen* respondebimus.

¹⁷ uero est] est uero *Pa*

¹⁸ *om. Qd*

¹⁹ altera alteri] alteri altera *Pa*

²⁰ alteri altera] altera alteri *Pa*

Supradicta uerborum serie ostensum est in unctione²¹ Ludouici regis nihil nos fecisse contra morem. Restat ut ostendamus nihil nos fecisse contra legem. Lex quippe est preceptio uel prohibitio scripta, ad communem utilitatem referens²² quicquid iubet aut prohibet. Contra hanc ergo nihil fecimus, qui nulla contradictione prohibiti, communi utilitati in hoc facto caritate suggerente consulimus. Si uero priuilegiis nititur Remensis ecclesia, illa priuilegia apud nos nulla sunt, quia nec in generalibus conciliis nobis audientibus sunt recitata, nec ad ecclesias nostras epistolari maturitate directa, et, ut manifestius dicamus, nulla nobis familiari uel publica relatione propalata. Illius ergo legis preuaricatores non sumus, cuius auditores numquam fuimus. Que tamen, si audita esset, nihil nobis obesse deberet. *Lex enim iusta*²³ debet esse et *possibilis, loco et tempori congruens*.^{vii} Iusta si sit, Deus scit. Nos autem interim nec ut iustam approbamus, nec ut iniustam condemnamus, quam adhuc ignoramus. Possibilis uero non erat, quia consecratio regis Remis ab archiepiscopo ecclesie nondum intronizato sine summa perturbatione et sanguinis effusione celebrari non poterat. Loco non conueniebat, quia ciuitas sub anathemate posita erat. Tempori opportuna non erat, quia si consecratio regis differretur, regni status et ecclesie pax grauiter periclitaretur. Quod ergo fecimus, salubri deliberatione et prouida dispensatione fecimus, nulli inidentes, nullius auctoritatem nobis arrogare molientes, sed nos intra terminos nostros *simplici oculo*^{viii} cohibentes. Sentiant aliter, qui uolunt; non timemus tribunal terreni iudicis, quia securos nos facit conscientia nostra ante tribunal interni cognitoris. Nouimus enim quia necessarie dispensationis modus nulli unquam sapientium displicuit, quam non solum priuate leges, quibus nec fidei ueritati, nec morum honestati consulitur, sed etiam leges generales contra hereticos uel sceleratos promulgate admittunt, *quando maioribus morbis sanandis uel maioribus*²⁴ *malis amouendis melius subuenit moderatio sincere caritatis quam rigor indiscrete seueritatis*.^{ix} Hoc primo ex auctoritate Euangelica, dehinc ex actibus apostolorum,

²¹ unctionem *Qd*

²² utilitatem referens] referens utilitatem *Pa*

²³ iuxta *Pa*

²⁴ sanandis uel maioribus *om. Pe*

95 tertio ex epistolis²⁵ Apostoli, postremo ex decretis Romanorum pontificum ceterorumque orthodoxorum patrum sententiis facile probaretur, nisi prolixitas epistole modum excedere uideretur.

-
- i Ep. 189.01: Augustine, *De civitate Dei* i, c. 22 (CCSL 47, 24).
ii Ep. 189.02: Cf. Gregory of Tours, *Libri historiarum decem* iv, cc. 22-4 (MGH. SS rer. Mer. 1/i, 154-7), though there are important differences. See Chapter Four for this and the following quotes.
iii Ep. 189.03: *Annales Bertiniani* (ed. Grat, 238-9).
iv Ep. 189.04: *Continuatio Aimoini* (Paris, BN lat. 12711, fol. 161va).
v Ep. 189.05: *Historia Francorum Senonensis* (MGH. SS 9, 366).
vi Ep. 189.06: *ibid.*
vii Ep. 189.07: Isidore, *Etymologiae* v, c. 21 (ed. Lindsay, s.p.).
viii Mt. vi, 22.
ix Ep. 189.08: Augustine, *Epistola CLXXXV*, c. 45 (CSEL 45, 39-40).

²⁵ ex epistolis *corr. ex exemplis* **Pe**

B.10 Ivo, ep. 222

[*Pa*: fols. 72v-73r; *Pe*: fol. 157r-v; *Pt*: fols. 174r-175r; *Qd*: fols. 219v-220v; *deest BbCdLnVm*]

¹Iuo, Dei gratia humilis Carnotensis ecclesie minister clericis Eduensibus: *Eloquiorum castorum unam faciem attendere.*ⁱ

Quoniam *uniuerse uie Domini misericordia et ueritas*,ⁱⁱ non intelligimus scripturas diuinas inter se dissentire, cum alia scriptura rigorem intendit iustitie, altera autem
5 dispensationem sequitur indulgentie. Quod interim omisso sensu allegorie considerandum puto inter Euangelicam sententiam, que absolute consulit adulteram *aut uiro priori reconcilari aut manere innuptam*,ⁱⁱⁱ et illam Veteris Testamenti, que dicit adulteram dimissam a piore uiro et alteri per coniugium sociatam, si ab eo repudiata fuerit, priori nullatenus reconcilandam.^{iv} Hec enim sententia, que reconciliationem
10 adultere prohibet, rigorem mihi uidetur sequi iustitie, ne dum uni parcitur, multi in discrimen adducantur, et paucis indulta licentia plurimorum faciat pullulare flagitia. Quod notabiliter habetur in ipsa Legis sententia, ubi prohibitioni subinfertur²: *Ne peccare facias terram, quam Dominus Deus tuus tibi dedit possidendam.*^v Euangelica uero sententia humane infirmitati contemperata *misericiordiam* magis uult quam *iudicium*,^{vi} que Legis temperat austeritatem, sine ulla exceptione consulens fieri adultere mulieris reconciliationem; quam secuti sunt patres nostri post Euangelium, utilio-
15 rem intelligentes esse in tali contractu misericordiam quam iudicium. Beatus uero Hieronimus, honorans sacramentorum sanctitatem legalem more suo in hac sententia sequitur Legis austeritatem, intelligens per hoc tutius posse muniri salutem.^{vii} In hac
20 igitur ambiguitate finem ponit auctoritas Euangelica, contra quam nec personalis nec epistolaris ualere debet sententia. Vnde Leo quartus episcopis Britannie ita scribit:^{viii} “De libellis et commentariis quorumlibet non conuenit aliquos iudicare et canonum atque decretorum regulas relinquere.” Beatus quoque Augustinus scripturas suas et

¹ De reconciliatione adultere *add. PtQd* (*rubr.*)

² subinfertur] sibi infertur *Pt*

sibi similium inter canonicas scripturas in multis opusculis suis testatur non esse
25 computandas.^{ix}

Quod si auctoritate Veteris Testamenti me urgetis, breuiter respondeo, hec et alia
Veteris Testamenti precepta, que ibi figurate sunt posita, in Ecclesia spiritualiter
fuisse completa. Cum enim anima quelibet per fidem Christo fuerit sociata, si per
hereticam prauitatem a Christo recedens alteri uiro, id est diabolo, adhererit, cum
30 forte ad priorem uirum³, id est⁴ Christum, reuertit uoluerit, secundum diffinitionem
antiquorum canonum usque ad exitum uite non est societati eius copulanda, id est ad
communione sacramentorum Christi et ecclesie admittenda, non quod uere pen-
itens debeat de indulgentia desperare, sed in hac separatione lapsum suum humiliter
deplorare. Possem ea, que dixi multiplicibus sententiis confirmare, sed puto ad intel-
35 ligendum id quod sentio ista sufficere. Valete⁵.

i Ep. 222.01: Cf. Augustine, *Confessiones* vii, 21, 27 (CCSL 27, 110) and Ps. xi, 7.

ii Ps. xxiv, 10.

iii 1 Cor. vii, 11.

iv Cf. Dt. xxiv, 1-4.

v Dt. xxiv, 4.

vi Cf. Ps. xxiv, 10.

vii Ep. 222.02: allusion, not identified.

viii Ep. 222.03: Leo IV, JL 2599 (MGH. Epp. 5, 595).

ix E.g. *De Trinitate* iii, prooemium, c. 2 (CCSL 50, 128); *De natura et origine animae* iv, c. 1, 1 (CSEL 60, 379-80).

³ id est diabolo – uirum *om. sed add. in marginem Qd*

⁴ ad *add. Pt*

⁵ Val' *Qd*

B.11 Ivo, ep. 255

[**Pa**: fol. 83r; **Pe**: fols. 177v-178r; **Pt**: fol. 203r-v; **Qd**: fols. 256v-257v; *deest BbCdLnVm*]

¹Iuo Dei gratia Carnotensis ecclesie minister, Radulfo abbati monasterii Sancti Fusciani: Patientiam beati Iob.

Iam a longo tempore audiuius langorem tuum, et tam humanitatis intuitu quam pietatis affectu condoluimus, et si possemus competenter medicine remedia adhibere, pro competentia locorum et temporum², si curabilem sciremus morbum, libenter studeremus aliqua remedia procurare. Verum quia interualla locorum et innumerabilium onera negotiorum nos ad hoc uacare non sinunt, cum uix³ ipsa presentia corporalis ad chronicas passiones curandas sufficiat, tutius nobis uidetur medicinam non dare quam eam inutiliter uel perniciose ministrare. Consilium ergo damus ut corporales molestias patienter supportes, quas pro igne purgatorio seuera Dei misericordia tibi contulit ad purgationem uitiorum custodiamque uirtutum.

Neque enim credimus tibi timendum esse alium ignem purgatorium, si hunc patienter sustinueris et in gratiarum actione permanseris. De cetero si uideris in regimine monasterii te non posse sufficere, non consulo ut tanquam arbor infructuosa occupes terram, sed des locum alicui de fratribus, quem congregatio regulariter elegerit, qui et monasterium regat et tibi in quieto loco quandiu uixeris filiali caritate seruiat. Vnctionem uero quam semel accepisti, non estimo repetendam, quia secundum institutum apostolice sedis *genus est sacramenti*.ⁱ Qui autem sacramenta Christi et ecclesie repetit, iniuriam ipsis sacramentis ingerit. Vnctio enim infirmorum publice penitentiae est sacramentum, quam⁴ non esse repetendam sicut nec baptismum testatur Augustinus, testatur Ambrosius. Augustinus in epistola ad Macedonium.ⁱⁱ “Caute salubriterque prouisum est, ut locus illius humillime penitentiae semel in ec-

¹ De unctione infirmorum *add. PtQd (rubr.)*

² oportunitate *add. Pe*

³ *om. Pe*

⁴ quia *Qd*

clesia concedatur, ne medicina uilis minus utilis esset egrotis⁵, que tanto magis salu-
bris est, quanto minus contemptibilis fuerit.” Ambrosius in secundo libro *De peni-*
25 *tentia*:ⁱⁱⁱ “Sicut est unum baptisma, ita et una penitentia, que tamen publice agitur.
Nam quotidie nos debet penitere peccati; sed hec delictorum leuiorum, illa grauior-
rum.”

ⁱ Ep. 255.01: Innocent I, JK 311 (ed. Hinschius, 528), also mentioned by Geoffrey in his re-
quest, ep. 160 (ed. Giordanengo, 354).

ⁱⁱ Ep. 255.02: Augustine, *Ep. CLIII*, c. 3, 7 (CSEL 44, 402).

ⁱⁱⁱ Ep. 255.03: Ambrose, *De penitentia* ii, c. 10, 95 (CSEL 73, 200-1).

⁵ esset egrotis] esse egrotis uideatur *Pe*

B.12 Ivo, ep. 287

[**Bb**: fols. 25rb-26ra; **Cd**: fols. 5r-6r; **Ln**: fols. 121v-122v; **Pt**: fols. 220r-221v; **Qd**: fols. 279r-281r; **Vm**: fol. 24r-v; *deest PaPe*]

Iuo minimus Beluacensis ecclesie beati Quintini presbyter, Haimericus¹ bone spei fratri: quod pie *pulsat* sibi patenter *aperiri*.ⁱ

Litteras fraternitatis tue nuper accepi; neque enim domi eram quando ad ecclesiam nostram perlate sunt, Lugdunum profectus occasione cuiusdam ecclesiastici negotii.

5 Querit autem in litteris illis² fraternitas tua utrum Dominus noster Iesus Christus in cena quam fecit cum discipulis ante passionem suam dederit eis corpus suum passibile, cum nos illud de mensa altaris accipiamus impassibile. Ad quam questionem si tibi respondeatur, discipulos Christi corpus Domini³ tale accepisse quale tunc erat, nos uero tale accipere quale nunc est, non uideo que auctoritas mihi⁴ contradicat,⁵

10 que rationis uiolentia me urgeat; immo, si aliter dicerem, repugnantem⁶ uiderem rationem et auctoritatem. Nam corpus illud quod tunc discipulis suis Dominus⁷ commendabat, adhuc fuisse passurum, nemo est⁸ qui abnuat; sicut tu ex auctoritate Dominica in litteris tuis posuisti: *Hoc corpus quod pro uobis tradetur*.ⁱⁱ Passibile autem fuisse quod passurum erat, quis deneget? Impassibile uero nunc esse quod sumimus,

15 tu ipse bene⁹ ex auctoritate Apostoli¹⁰ confirmasti, quia *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*.ⁱⁱⁱ Quomodo enim¹¹ si figulus daret¹² mihi uas fictile ante fornacem crudum et infirmum, post fornacem uero

¹ H. **BbCd**
² istis **BbCd**
³ om. **PtQd**
⁴ om. **Pt**
⁵ non uideo *add. PtQd*
⁶ mihi *add. PtQd*
⁷ discipulis suis Dominus] Dominus discipulis suis **BbCd**
⁸ om. **BbCd**
⁹ om. **PtQd**
¹⁰ apostolica **PtQd**
¹¹ om. **LnVm**
¹² om. **PtQd**

redderet idem¹³ coctum et firmum et humane utilitati commodum, quam utilitatem
habere non posset nisi prius coctum esset: sic Christi corpus ante passionem quale
20 erat datum est discipulis passibile, quod per passionem transiturum erat ad impassibilitatem. Nec cuiquam profuisset ad salutem infirmitas illa¹⁴ passibilis corporis, nisi subsecuta fuisset glorificatio impassibilis et immortalis. Quomodo etiam posset mihi dicere figulus, uas quod tibi do ante ignem inutile et infirmum, hoc statim¹⁵ reddam post ignem utile et robustum¹⁶: ita Dominus noster Iesus Christus signanter¹⁷ dixit:
25 *Hoc corpus, quod pro uobis tradetur, accipite;*^{iv} et subsequenter adiunxit: *Hoc facite.*^v Hoc dixit, non aliud; alterum tamen futurum esse non negauit, quatinus relinqueret intellectui nostro corpus quod de Dominica mensa sumimus, eiusdem¹⁸ essentie; quod exemplo sue transfigurationis et documento sue auctoritatis presignauerat suis discipulis¹⁹ futurum esse alterius glorie. Nec pretereundum est ad huius rei discussionem, quod cum dixisset: *Hoc facite*, addidit, *in meam commemorationem.*^{vi}
30 Que autem sit illa commemoratio, beatus Apostolus exponit dicens: *Quotiescumque enim panem Domini accipimus et calicem*²⁰ *bibimus, mortem Domini annuntiamus donec ueniat.*^{vii} Sicut ergo impassibilis corporis assumptio Dominice mortis iam preterite est commemoratio, sic²¹ passibilis illius corporis acceptio eiusdem
35 Dominice mortis adhuc future fuit prenuntiatio. Nec refert quale tunc acceptum fuerit uel modo accipiatur, sed qua utilitate acceptum sit uel accipiatur. Et cum utriusque acceptionis unus finis reperiatur, de qualitate rei que sumitur omnis dubitatio sopiatur. Sicut enim cum esurio panis meus qualis sit non exquiro mollis an durus, frigidus an calidus; uinum quoque meum cum sitio non curo sapa sit an carenum; sed hoc
40 attendo, ut ruinas uentris reficiat et indigentie mee satisficiat. Sic Christi corpus qua-

13 *om. PtQd*
14 infirmitas illa] illa infirmitas *LnVm*
15 tibi *add. PtQd*
16 roboratum *BbCd*
17 signicanter *Cd*
18 esse *add. PtQd*
19 suis discipulis] discipulis suis *Bb*
20 eius *add. PtQd*
21 sicut *Cd*

le sumptum sit a discipulis uel²² nunc sumatur a christicolis nil mea interest; tantum illi utilitati satisfaciatur²³ propter quam statutum est a Domino, ut illud populus fidelis accipiat.

Item dixisti te herere in quibusdam uerbis beati Augustini conantis determinare
45 uerba Domini duodecim Apostolos instruendis qui remanserant, septuaginta ferme
retro abeuntibus. Sunt autem hec uerba: *Non hoc corpus quod uidetis manducaturi
estis neque bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt illi²⁴ qui me crucifigent.* Quod
sic conuenienter intelligi potest, quia et²⁵ *ipsum est, et non ipsum. Ipsum* quidem
materiali essentia, sed *non uisibili* forma.^{viii} Vnde et subditur:^{ix} “Etsi²⁶ necesse est
50 illud uisibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi.” Ipsi enim qui re-
cesserunt, putabant quod carnes Domini uiuentis bestiali more essent in frustra scissu-
ri, et aut elixas uel²⁷ assas in ueribus²⁸ comesturi. Quod si nollent, non possent eius
esse²⁹ discipuli. Nos autem sic immolatum Christum manducamus et bibimus, ut
integrum eum ad dexteram Patris manere credamus. Et cum³⁰ semel in distinctione³¹
55 membrorum³² suorum in manifestatione corporis sui se obtulerit³³ hostiam uiuentem,
passibilem et mortalem, quotidie tamen sub uelamento panis et uini a³⁴ sancta eccle-
sia immolatur, et non in partes scissum neque cruentum corpus eius fidelium ore
percipitur; et hoc est quod dicitur: *Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis.*^x
Neque enim quod de altari sumimus beatus Augustinus uerum corpus esse negaret,
60 qui³⁵ hoc³⁶ in plerisque tractatum suorum locis euidenter affirmat. Vnde dicit in

22 tibi *Cd*
23 sufficiat *Cd*
24 om. *PtQd*
25 om. *BbCd*
26 ipsum. Ipsum quidem – etsi om. *LnVm*
27 aut *LnVm*
28 ueribus *LnVm*
29 eius esse] esse eius *PtQd*
30 se obtulerit *add. LnVm (vide infra)*
31 distinctionem *Cd*
32 membrorum *Qd*
33 se obtulerit om. *LnVm (vide supra)*
34 ab *BbCdLnVm*
35 quia *LnVm*
36 hec *Cd*

quodam sermone de uerbis Euangelii^{37.xi} “Quod uidetis in altari³⁸ panis est et calix, quod etiam oculi renuntiant; quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus, calix est sanguis.” Et interpositis quibusdam:^{xii} “Quomodo panis est corpus³⁹, uel quod habet calix quomodo est sanguis? Ista⁴⁰, fratres, ideo dicuntur sacramenta, quia aliud uidetur, aliud intelligitur.” Item⁴¹ idem in *Sermone ad neophytos*^{42.xiii} “Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce, hoc accipite in calice, quod manauit de Christi latere.” De hac item⁴³ inuisibili corporis Christi assumptione dicit Eusebius Emisenus:^{xiv} “Cum⁴⁴ reuerendum altare cibus spiritualibus satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus et sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, manu cordis suscipe, et maxime totum haustu⁴⁵ interioris hominis assume.” Possem quidem de Scripturis in hanc sententiam plura colligere, sed nunc ista sufficiant fraternitati tue⁴⁶. Vale.

i Cf. Mt. vii, 7.
ii Luc. xxii, 19; 1 Cor. xi, 24.
iii Rom. vi, 9.
iv Luc. xxii, 19; 1 Cor. xi, 24.
v ibid.
vi ibid.
vii 1 Cor. xi, 26.
viii Ep. 287.01: Augustine, *Ennarationes in Psalmos* xcvi, c. 8 (CCSL 39, 1386).
ix Ep. 287.02: ibid.
x Ep. 287.03: ibid., c. 9 (CCSL 39, 1386).
xi Ep. 287.04: Augustine, *Sermo CCLXXII* (PL 38, 1246).
xii Ep. 287.05: ibid. (PL 38, 1247).
xiii Ep. 287.06: Augustine, *Sermo de sacramentis altaris ad infantes* (PL 46, 827).
xiv Ep. 287.07: Eusebius ‘Gallicanus’, *Homilia XVII* (CCSL 101, 198).

37 Euangelii] Domini Euangelium **LnVm**
38 altare **BbCd**
39 calix est sanguis. Et interpositis – panis est corpus *om. Cd*
40 Ita **Qd**
41 *om. PtQd*
42 in sermone ad neophytos] ad neophitos in sermone **BbCd**
43 autem **LnVm**
44 autem *add. LnVm*
45 haustum **Bb**
46 Possem quidem de scripturis – fraternitati tue *om. PtQd*